Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sinudus sit habere poterit; sed & quod addit unus
quisque sicut concepit corde. huc respicit;
non enim poteris aliquid de sensu tuo offerre
do uel de uerbo tuo; nisi prius quae scriptae sunt
cordi conceperis. nisi intentus fueris & diligenter
audieris. non potest aurum tuum probatum esse
nec argentum; Requiritur enim. ut probatum sit.
Audi scripturae dicentem; Eloquia domini eloquia
casta. argentum igni probatum purgatum septuplo.
Si ergo quae scriptae sunt corde conceperis. erit
aurum tuum. id est sensus tuus probatus & argentum
tuum quia sermones tui probati. quid & hic dicere
dicemus? opus est. & aes adhibetur ad cuiusque construc
tionem. Videtur quidem aes pro fortitudine
suscipi. & loco poni posse fortitudinis & constan
tiae; Sed nequis dicat hoc diuinare magis est
quam explicare. ubi quod dicit non de scrip
turarum auctoritate munit. Puto ergo aes ac
cipi posse pro uoce; aliud enim sermo. aliud
uox; sermo dicitur quod loquellae ratione sub
nixa. Uox uero est uerbi excursus. si lectinae si
graece dicatur. si eleuatus si praessus; sed &
haec necessario ut de scripturis probemus exigitur;
Audi quod dicit apostolus. Si linguis inquit homi